



Prima dicitur combustio. **Q**ualis dicitur paelum acerbissima pena pro
 igne inferni et illius ignis terribilissimis
 additionibus. **Capitulum primū.**
Secunda dicitur superatio. **T**ercia dicitur privatio.
Divina ratio quae ostendit gravitas pene dānatorum dicitur combustio. Tra-
 bent namque dānati misere eternis ignibus aburēdi. Et hoc
 colligitur ex scriptis sacris. Unde Job. xx. dicitur. Deuorabile eos
 ignis qui non succedet. Et iudic. vi. c. Dabit igne et vmes in carnes eo-
 rum. Et abacuc. ij. c. Laborabit populi in multo igne. Et isa. xl. c. Ver-
 mis eorum non morietur et ignis eorum non exstinguetur. Et dauid in psal. x.
 Pluet super peccatores laquos ignis. Et ezech. xxij. In igne mee consumpsi
 eos. Et apoc. xvij. In vna die veniet plaga eius mors et luctus et fa-
 mes et ignis aburet. Et apoc. xx. Qui non est inuenerunt in libro vite scri-
 ptus missus est in stagnum ignis. Et Math. xij. Exibunt angeli et sepa-
 runt malos de medio iustorum et mittent eos in ca. igne. Et Math. vij. Omnis arbor
 quae non facit fructum bonum excidetur et in igne mittetur. Et Math. xvij.
 Bonum est tibi cum vno oculo in vita intrare quam duos oculos habentem
 mitti in gehēnez ignis. Et Math. x. Cum timere qui habet potestatem corporis
 et animam perdere in gehēnez. Et Math. xxv. Ite maledicti in ignem eter-
 num. Vex tamen de hoc igne dubitat circa tria. Primo circa veritatem. Sec-
 undo circa potestatem. Tercio circa qualitatem. Primo contingit dubi-
 tare de inferni igne circa veritatem. An. scilicet ignis verus huius for-
 mam et naturam et speciem ignis. Et respondet sic. in. iij. Quod quorum-
 dam opinio fuit quod ille ignis non est corporeus sed est quedam spiritualis pena
 quae propter suam acumen metaphorice dicitur ignis quia ut ipsi dicunt. Cum diuina
 potentia reprobos possit cruciare sufficienter spirituali pena superflui in
 fuisset in inferno ponere corporeum ignem. Et ad hoc adducit illud
 Luce. xvj. dicitur diuites qui dicebat linguam suam cruciari in hac flama.
 Cum enim ostendit animam illius diuitis linguam corporalem non habuisse ut
 sicut scriptura ibi dicitur lingua loquitur mea. aliquid spirituale vocat linguam
 ita aliquid penam spirituales metaphorice vocat ignem. Sed opinio ista
 falsa est et contra scripturam quae distinguit inter ignem et dānatorum penam
 spirituales quae vocantur nomine vermis. Unde ecclesiastici. vij. Vidua a carnis
 impij ignis et vermis. Item ceteri doctores omnes concludunt. xliij. di-
 cunt. Quod in inferno est ignis corporeus a principio mundi cum alijs
 creaturis productus et ordinatus ad reprobos cruciandum. Et hoc as-
 serit Augu. in li. de mirabilibus sacre scripture. Et item in libro. xxj.
 de ci. del. c. x. ait Gehēna illa quae et stagnum ignis et sulphuris dicitur
 corporeus ignis erit. Cui resonat illud Grego. in. iij. dial. li. d. Ignem
 gehēnez corporeum esse non ambigo. Et secundum theologos. Ignis
 ille quantum ad illud quod in eo est de essentia ignis est eiusdem speciei cum
 igne elementalibus. quia sicut omnis aqua omni aequae est eadem specie secundum
 philosophum. Topici. ita omnis ignis omni igne est in specie. Diuersificatur tamen
 quo ad dispositores et operatores quia sibi operatur aliquid actio quae igni ele-
 mentali non conuenit. Nam ignis in aliena materia multum diuer-